UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

46. De Anabaptista quodam, qui supplicio affictus matri suæ apparuit, indicans se perpetuò damnatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52445

Visual Library

Sequentia ſeptem capita narrarunt no[bis] viri quidam doctrina & pietate con[ſpi]cui, ac fide & integritate inprimis ve[ne]rabiles, quæ in gratiam lectoris, & a[lio]rum ædificationem ſubiungenda p[uta]uimus: neque enim Deus rara iſta & [ad]miranda fieri permittit, vt ſilentio [ce]liantur, ſed vt in edito poſita, om[nibus] ſint in documentum & ædificatione[m].

De Anabaptiſta quodam, qui ſupplicio [affe]ctus matri ſuæ apparuit, indicans ſe perp[etuò] damnatum.

CAP. XLVI.

D. Martinus Duncanus, Decanus Hag[ien]ſis, vir doctrina & vitæ integr[itate] commendatiſsimus, retulit ſe a[liquando] apud Harlemiam agente, ibidem conti[giſſe] circa annum Domini 1557. vt Anabaptiſ[ta qui]dam nomine Adrianus, matrem ſuam a[dhuc] Catholicam conaretur in ſuam ſectam p[elli]cere. Accidit autem Anabaptiſtam illum [in] carceres conijci, vltimoque ſupplicio ad[iudi]cari. Ad quod cùm iam deducendus eſſet, [ac]ceſsit eum mater, rogans vt poſt obitum [ſibi] appareret, ſeque de ſtatu ſuo certiorem re[dde]ret. Quem ſi felicem cognoſceret, ſe in eiu[s] doctrinam conceſſuram. Filius ſupplicio [af]fectus, paulò poſt matri apparuit in forma te[ter]rimi nigerrimiq; canis, aiens ſe eſſe filium [ſu]um, ac perpetuò damnatum.

De

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN